

*parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus; cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressare, propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* JOAN. XVI. ostendi potest. 1<sup>o</sup> Quantas dolores et tristitiam passa sit defuncta in sua puerperio, cum ad communes dolores etiam angustiae mortis accesserint, ita ut merito cum Christo dicere posuerit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Quanta tamen patientia et aquamittit hunc omnes dolores et angustias sustinuerit. 2<sup>o</sup> Quantum gaudium nunc percipiat in celo, quod hominem generuit, id est, causa fuerit, ut per infantem (ut sperare licet, et ipsa, quantum est in se, totis viribus procurare conabatur) pot bona, et tantum deus mundo affterant: tanta ipsi infantil gloria in celo, Deo autem et Sanctis honor, laus in omnem aeternitatem, proceretur, atque ita dici potest, eam gaudere, quia homo *naturalis* constans tam nobili corpore et anima, *supernaturalis* et *spiritualis* tam perfecte hominis ad statum supernaturalem elevati officium sit subituras: et tandem *caelestis* vita olim celestes cum ipsa per totam aeternitatem victuros sit natu. Quam ob causam merito illi congratulari, et congaudere decet.

## PRO OCCISO.

VIII. Ex occasione thematis: *Et percussit in inquine, et mortuus est.* II. REG. XI. dici potest contigisse defuncto, quod Abneri olim a Joab, sicut enim hic Abnerum seorsum duxit, et insperato in inquine percussit, et occidit; ita mortem duxisse defunctum in locum, ubi occisus est, et fatale illud telum illi infixisse. Hinc siue David dixit ad populum et ad Joab, qui ipsum occiderat: « Scindite vestimenta vestra, et accingimini sacris, et plangite ante exequias Abner. » Ita idem sui modo Deus ad Auditores dicit, iubetque scindere vestimenta per commiserationis affectum (sic enim membra invicem condolare solent) accingi saccis per varia opera premitant et humiliatis suscepta. Et denique plangere per orationes varias oblatas. Addet subinde Exhortator elogium, quale David Abneri pronuntiavit: « Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner » (et qui occisus est, quia fortis animo tulit iustam necem). Manus tua ligata non sunt (quia semper vel ad Deum per preces, vel

ad pauperes per eleemosynam, vel ad laborem, ad exercitium extense), pedes tui non sunt compedibus (peccatorum) aggravati. Hinc in via mandatorum eucurristi.

IX. Ex occasione thematis: *Homo quidam descendebat de Jericho, et incidit in latrones.* LUC. X. dicatur per hunc hominem recte defunctum adumbratum fuisse, utpote qui et ipso occiditur in latrones (occisorum suis, aut etiam tortores in purgatorio) qui despolarunt eum, quia opibus, amicis, honoribus privarunt, et plagi (id est, vulneribus lethabilibus aut penitus in purgatorio) impositis abiurunt semiviso (nam licet secundum corpus occisus sit, tamen secundum alteram dimidiam partem, animam scilicet adhuc vivit, vivetque in aeternum, ut vita bene transacta sperare jubet) reicti. Inferatur proin, quam aquum sit, ut et AA. Samaritanum imitentur, et misericordia moti alligent vulnera per vinculum charitatis, et oculum operum misericordie, vinumque consolacionis abundant, et in stabulum, id est, locum quietis aut sepulchrum ducant, simulque duos denarios orationis et Sacrificii Angelis eorum in manus dent, rogentque, ut curam eorum habeant, ut cito a vulneribus liberati, in patriam suam pergerent, valcent.

X. Ex occasione thematis: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* MATTH. VIII. ostendi potest, quam merito sperari possit occisum, beatitudinem aeternam consecutum fuisse, eo quod vero per justitiam occisus sit, dum scilicet mortem aequo animo toleravit, morisque maluit, quam quidquam contra justitiam agere. 2<sup>o</sup> Quia etiam iniuriam ex corde ignoravit, animo magis, quam lingua proferens illud Christi: « Pater dimitte illis, quia nesciunt, qui faciunt. » 3<sup>o</sup> Quia, dum justitia protegi volebat, oculum inimicorum incurrit, atque adeo omnino occisus est. Itaque in merito audivisse modo credendum est: « Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, gaudent et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis. » Excitandi proin AA. ut et ipsi congaudent, et congratulentur.

## PRO SUBMERSO.

XI. Ex occasione thematis: *Et preparavit Dominus pisces grandem, ut deglutiaret Iohanan.* JOAN. II. dici potest, defuncto fere id,

quod Iohannes evenit, contigisse. [Nam et ipse missus in mare tribulationum, que tempore mortis plurimum obrue solent, devoratus est a morte, et in sepulchro velut ejus venter latebit, usque ad diem judicij. Tunc enim dicit Dominus morti, ut evocat illum iterum, et tum primum incipiet predicare laudes et misericordias Domini. Explicitur haec omnia fusius, et in subsidium assumatur oratio Iohannae c. II. cit. Et pro coronide excitentur Auditores, ut et ipsi non desperent, ubi in mare tribulationum projecti fuerint, sed ad Dominum ex corde clament, atque ab eo auxilium sperent.

XII. Ex occasione thematis: *Sumpsit fistulam scirpeam, posuitque intus in infantulum, et exposuit eum in carcere ripa fluminis.* EXOP. II. dicatur juveci vel infantu submerso tristem quidem casum evenisse, sed merito parentes solari debere, quod non filia Regis, sed ipse Deus certi terreni summus Imperator eum in aulam suam transliterit, ibisque inter anticos suos deinceps vivere voluerit, ubi et ipsi et toti populo suo plus, quam olim Moyses Israelitae profuturos sit precibus suis. Instituenda ergo fusior comparatio inter Pharaonis et Dei potentiam et Regnum utriusque, atque inde occasio sumenda Auditores, et praecipue parentes ad gaudium et gratulationem excitandi.

## PRO FULMINE TACTO.

XIII. Ex occasione thematis: *Descendit ignis de celo, et decoravit illum.* IV. REG. I. dici potest, fuisse quidem defunctum etiam ab igne de celo descendedente devoratum, sed hoc ex capite feliciori esse, quam fuerit Princeps ille quinquagarius, quod a meliore igne, quam iste fuerit absumpsum, scilicet ab igne charitatis divine, unde ostendatur. 1<sup>o</sup> Quantopere defunctus Deum dilexerit, enumeranda variis actus dilectionis, presertim observatione mandatorum Dei (juxta illud IOAN. IV. *Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum.*) Et hilaritatem in adversis ex amore Dei tolerandis juxta illud CANT. VIII. *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem.* 2<sup>o</sup> Ostendatur, cum Deus a creaturis suis vident se in amore non patiatur, facile inde colligi posse, quantopere viissimi defunctum dilexerit, atque adeo merito credi posse, quod ignis hic absumentis illum, fuerit

quodammodo currus Elie igneo curui similis, per quem in celum evectus sit. Gratitudine inde potius illi, quod sic evectus sit, raudumque, ut duplice hunc spiritum seu gratiam Auditoribus reliquat, aut impetrat, scilicet ut et ipsi sincera Deum amare, et vicissim ab eo amari mereantur.

## FONS XII.

## Ex variis doctrinis.

Etsi hic fons non videatur esse distinctus a prioribus, tamen si bene inspicatur, omnino distinctos conceptus, et quidem sat multos offert, cum innumeris excogitari possint doctrinae, quae velut a mortuis relatae proponi possunt.

Iacob I. Ex occasione thematis: *Cumque convertisset me ad universa opera, que fecerant manus meæ, et ad labores, in quibus frustra sudacaram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole.* ECCL. IV. dici potest, idem defuncto contigisse, et 1<sup>o</sup> quidem divitiae, honores, voluptates, quas possidebat, explicari ostendere, quam nil, nisi vanitas et afflictio relecta fuerit. 2<sup>o</sup> Tamen dici potest, quod in hoc sapientia fuerit Salomon, quod prater hæc in collectione verarum divitiarum, honorum, et voluntatum sudarit, et in illis reperiit consolationem animi, ad quam proin cum ipso quarendam etiam Auditores sunt excitandi.

II. Ex occasione thematis: *Quem ergo fructum habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* ROM. VI. narrari potest id, quod aliquando aliqui virginis defuncta contigisse memoratur, dum scilicet in iudicio apparet, et non satis purgatum se videns, vehementer erubuit, multumque manibus texit, atque adeo inferendum, quod merito timendum sit, ne et hoc defuncto contigerit; verum adhuc leven esse hanc verecundiam et ruborem, si cum illa confusione, quæ in ultimo iudicio secura est, conferatur; eam enim triplici ex capite gravissimam fore. 1<sup>o</sup> *Ob majestatem judicantis*, quæ tunc extraordinaria apparebit. 2<sup>o</sup> *Ob multitudinem adstantium*, omnium scilicet hominum et Angelorum. 3<sup>o</sup> *Ob longitudinem aeterno durationis*, quas ob causas non tantum manibus vulnus operire volent, sed insuper introgres super se montes cadere optabunt. Moneantur

ergo Auditores, ut praeaveant hanc confusione, et tanti penitere non emont.

III. Ex occasione thematis : *Utinam sapient, et intelliger, ut novissima provideant!* Deut. xxxi. narrari potest ex magno speculo ex ti. Sapientia, historia illa de sene sapientiam in foro venalium habente, et Regi eam emere volenti, hanc unicam sententiam bene observandam suadente : « Nil incipe, donec cogites, qui exitus sequatur. » Quam eum Rex omnibus suis habitacionibus et vasis inscribi jussisset, ejus auxilio sapientissime rex. Inferatur subinde idem documentum a defuncto nunc amicis suis, aliquis Auditoribus relinquit, et tanto vehementius commendari, quanto magis nunc experitur ex ejus observatione neglecta omnes tam suos, quam aliorum defectus atque peccata ortum duxisse. Sapient proin ipsi exemplo illius, et vel deinceps in omnibus operibus suis memorent novissima, ut in aeternum non peccent.

IV. Ex occasione thematis : *Miki erit, et tibi hodie.* Eccles. xxxviii. narrari potest, quod Delirium in adagis refert, scilicet quod Reg. Galliarum a Carolo V. captus, cum Magistris in pariete legisset Caroli symbolum : *Plus ultra, adscrisperit: Hodie mihi, cras tibi.* Quod legens Carolus iterum suscriperit : *Homo sum, humani nil a me alienum puto.* Inferatur dicin, quod, cum plerique ex AA. etiam in animo suo quoddammodo scribant, aut dicant : *Plus ultra: scilicet vivam, et divitias ac honores congregabo;* hodie defunctus dicat illis : *Hodie mihi, cras tibi,* exitus vita forte imminentib; apliceant sibi prius hanc doctrinam, et ut feliciter mori possint, mori quotidie discant; iuxta illud Poete :

« Ut tibi mors felix contingat, vivere disce :  
Ut felix possis vivere, disce mori. »

Vide Drex. in prod. cap. I. § 44.

V. Ex occasione thematis : *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Gal. vi. dicendum, quod si defunctus modo quereretur, quid de vita sua praterita sentire, et quid maxime a se factum optaret, haud dubie responderet illud Poete :

« O utinam lapsos reddat mihi Jupiter annos.  
Heu bene lapsa mihi vix fuit illa dies. »

#### *Hoc est :*

« Odaff Gott wieder mir vergunt,  
Die Tabr, so schon verloffen.  
Kauf hab ich wohl angelegt ein Stund,  
Hals leyder über troffen. »

In confirmationem hujus afferatur, quod olim S. Mechtilidis has beatorum in celsis voces andiverit : « O felices vos, qui in terris adiutis degitis; meritorum enim cumulus majores potestis vobis comparare. Sane si intelligeritis, quantum quovis die mereri positis, cum summa alacritate et leto exilirete, et ad bene operandum vos accingereis. » Ut autem magis appareat, quid mereri homo possit, affere proderit memorabilis S. Bernardi sententiam in hec verba conceptam : « Libet, inquit, fabulari, donec hora pratereat, quam tibi ad agendum potenterit, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam miseratione Conditoris indubit. » Excitentur proin Auditores, ut illud Eccles. c. xv. accurate observent : « Ne defrauderis a die bono, et particula boni domi non te praterreat. » Vid. Drex. in prod. c. I. § 22.

VI. Ex occasione thematis : *Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.* Eccles. v. dicatur multa quidem esse praecoxa defuncti, sed inter alia palmarum preponendum meretur, quod nol distulerit eorum, quae ad negotium anime pertinabant; praecepit ultimo tempore morbi sui; videbat enim tria gravissima mala innimere iis, qui vite melioris proposita procrastinant, nempe 1° Difficultatem emendationis. 2° Amissionem meritorum, et temporis. 3° Salutis periculum, quia ut idem Ecclesiasticus mox subdit : « Subito venit ira illius, et in tempore vindictae disperdet te. » Itaque semper in animo habeant illud Poete :

« Sera nimis vita est crastina, vive hodie. »

Vid. Drex. in prod. c. I. § 8 et 37.

VII. Ex occasione thematis : *Memor esto iudicii mei, sic enim erit et tuum.* Eccles. xxxviii, ostendi potest. 1° Quomodo defuncto contigerit, quod regi Balthasarri DAN. v. *Dum appensus est in statu, et inventus est minus habens.* Addi tamen potest meliorem fuisse exitum defuncti, eo quod initatus sit Religiosum, qui videns lanceum malorum operum praeponderare, clamavit : « Ah tenete libram aequaliter. Ah vel unicam guttam sanguinis

#### FUNEBRES HABENDI.

Christi apponite alteri lanci! » Idque ubi impetravit, vicit. Excitentur subinde Auditores ad similem fiduciam concipiendam, cum simile etiam ilorum judicium sit futurum. Eum in finem narrari breviter poterit historia de viro illo, qui, quoties transiit prope imaginem Crucifixi, per agoniam, quam passus est Christus, dum in cruce animam ageret, regavit, ut memor illius in morte esse velet, et hujus remedii auxilio sine omni purgatorio ad colum evolavit.

VIII. Ex occasione thematis : *In obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis.* Eccles. xxx. dici potest defunctum fecisse, quod piissimum memoratur, dum scilicet in morte Crucifixi effigiem, Rosarium, et Regulas apprehendens, dixit : « Cum his tribus libenter moriar. » Ostendatur ergo per partes quod hec omnia tria defunctus observaverit; quantum fiducian et devotionem ad SS. Christi passionem ostenderit: quam sincero et constanti cultu B. Virginem coluerit; et quam perfecte mandata Dei et superiorum observare studuerit, quantumque inde solatium, et robur in morte percepit. Excitentur tandem AA. ad eadem media adhibenda, ut simile in morte solatium experiri mereantur. Vid. Pistor. con. xxvi.

IX. Ex occasione thematis : *Quid superbis terra et cenis.* Eccles. x. dic, hominibus plerumque contingere, quod de pavone Plinius et alii scribunt, quod scilicet, dum pennas suas versicolores extendit, et quoddammodo superbis, mos tamen, ubi pedes suos nigros asperxit, dimittat iterum. Ita namque et homines, si superbis spiritu afflatis se advertant, ubi pedes, id est, suam aut aliorum mortem consideraverint, et quid tunc futuri sint, bene perpendant, facile pennas altiarum cogitatione contrahere. Hinc S. David Ps. lxxii, dixit : « Non est respectus morti eorum, ideo tenuit eos superbis. » Subinferatur postea, hoc medio ipsum etiam defunctum usum fuisse, et ideo semper magnam humilitatem pre se tulisse, ob quam et Deo et hominibus gratus semper fuerit. Vid. Pistor. in con. fun. xxxviii.

X. Ex occasione thematis : *In manus tuas commendo spiritum meum.* Lyc. xxiii. dici potest defunctum fecisse, quod de S. Dionysio Areopagita scribitur, qui ad mortem damnatus ultimum, inquietabat, verbum Domini mei in cruce sit et mihi ultimum in hac luce : *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Ut autem audacius hoc dicere posset defunctus, ostendatur eum in vita prius spiritum quoque sum in manus Patris semper commendasse, dum semper et ubique voluntatem Dei indagavit, eique se perfectissime conformare studuit, memor doctrine a Biosio in consol. posil. date his verbis : « Nullum exercitium in extremis utilius esse, quam ut quis se ipsum ex integro voluntati divine resignet; fieri enim nequit, quia is, qui in hujusmodi vera perfectaque resignatione et cum sancta erga Deum fiducia ex hac luce exit, confessim ad regna coelestia evolet; nam sicut nil omnino pema, nil ignis in Deum cadere potest, ita nec in hominem, qui eo modo per voluntatis conformitatem, amoreisque Deo unitus est. Excitandi proin Auditores ad simile medium profici morte adhibendum. Vide Drex. in prod. cap. u. § 46. 47. et 48.

XI. Ex occasione thematis : *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* Ps. lxxxiv. Ostendatur, quam vro vita nostra cum aranearibus compararet, preecipue ob tres causas. 1° Quia tota vita nostra consumitur in vanis rebus ad muscas cipriendas contexdens, id est, in divitias congregandis, per quas nil aliud, nisi vanissimas vanitates venatur. 2° Quia sicut aranea per labores suos se ipsum eviserat, ita et nos homines laboribus nostris nimis vitam abrumptimus. 3° Quia, sicut plerumque labores aranearum diuturni non sunt, sed subito ab ancillis scopis destruuntur; ita et mors insperato superveniens omnes nostros labores annihilat. Ostendatur proin utiles laborasse defunctum, bombycis scilicet in medium, ut qui, cum insigne opus texisset, in alitem mutatus ad celos evolavit. Excitentur Auditores ad similem prudentialm in laboribus suis exercendam. Vide Drex. in ater. Confid. v. § 1.

XII. Ex occasione thematis : *Id, quod in presenti momentaneum, et leve est tribulatio nis nostra supra modum, in sublimitate aeternum gloria pondus operatur in nobis.* II. Cor. iv. Dicatur, olim P. Christophoro Caro et Soc. Jesua Deo datum esse hanc lectionem: O aeternum, o momentaneum, o longum, o breve! Quam doctrinam etiam a defuncto, dum viveret, studiose fuisse observatam, ut qui in omni tentatione ad voluntates sibi occinere solitus erat notum illud:

« Momentaneum, quod delectat.  
Eternum, quod cruciat. »

E contrario vero in omni tribulatione oppositam sententiam usurpaverit; « Momentaneum, quod crueiat, eternum, quod delectat. » Et per geminam hanc eternitatis considerationem se ad abstinendum, et sustinen-

dum fortiter excitari. Confirmetur idipsum enumeratione particularium casuum, et seria exhortatio ad idem medium usurpandum subjungatur.

## PARS III

### DE CATECHIZANDI MUNERE.

De hoc bene et accurate plerumque pastoralia dioecesana agunt; ad pleniorum tamen totius doctrine, que ad Concionatoris officium spectat, cognitionem, placet hac ultima in parte paulo distinctius de fine, virtutibus, et praxi hujus muneric agere.

#### CAPUT I.

*De fine Catechismi.*

Catechismus nihil aliud est, quam brevis et facilis instructio in rebus ad fidem et Religionem Catholicam pertinentibus; unde communiter pueri tantum et pueri in Catechismum mittuntur, qui reliqui jam supponuntur habera notitiam sufficientem similium rerum. Atque ex haec descriptione facile colligitur, quisnam finis catechizantii praefixus esse debeat, videlicet ut adolescentiam in doctrina christiana bene instruat. Porro excellenta finis hujus ac muneric ex variis capitibus colligi potest.

I. Ex exemplo et precepto ipsius Dei, qui DEUT. c. iv. sic locutus est ad Moysen: « Congrega ad me populum, ut audiant sermones meos, et discant timore me omni tempore, quo vivunt in terra, doceantque filios suos. »

II. Ex Christi exemplo et mandato, qui non solum precepit Apostolis, ut irent in universum mundum, et docerent servare mandata, sed etiam ipsem complexans parvulos, imponens manus super illos benedictebat eis. MARC. x. Et ut alios quoque ad similem

charitatem invlarent ulterius dixit: « Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit in nomine meo, me recepit. » Ibid. c. ix.

III. Ex SS. Patrum exemplo, principiue Cyrilii Jerosolymatani, Clementis Alexandrini, et Sancti Hieronymi, aliorumque, qui hoc munus magna cum charitate, demissione, ac patientia obierunt. Hinc S. Hieronymus ad Letan. Epist. xviii. scribens: « Gestabo, inquit (scilicet filiam Letae) humeris, et balbutienti senex verba formabo, multo glorio-sior mundi philosopho, qui non Regem Macedonum Babylonico peritum veneno, sed ancillam et sponsam Christi erudiam, regnis celestibus offendam. »

IV. Ex auctoritate et exemplo Ecclesiae, que tantam muneric hujus curam habet, idque tantopere Parochis commendat, ubi ex concilio Tridentino patet.

V. Ex exemplo insignium operariorum in vinea Domini, quibus summe semper cordi fuit haec instructio. Inter quos merito numeratur S. Ignatius, qui non tantum ipse singulari zelo atque industria in hoc munere sese exercuit, sed etiam in constitutionibus suis sanxit, ut omnes rectores et professi per quadraginta dies a suscepto rectoratu aut professione facta in hoc opere catechizationis